RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 14r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uiax omis sollempnitates uras odiuit anima mea inquit. Solui hoc est quod uolo laudamus. Si uolueritis audieritis me. bona terre comedetis. Si inquit uolueritis. et hanc legem meam percipe auribus. et audieritis me ut laudemus et mundi sitis. bona terre iuuenitis comedetis. Quod si nolueritis. me adiuncidam puocaueritis. gladius deuorabit uos. Gladius inquit deuorabit uos. et ne in presentiarum quoque quod a corporibus animas separet. et alibi gladius maligni quod animas adeo et ab omnium sorte iustos diuidat. Si me puocaueritis adiuncidam. si ergo eis quis mitto ad uos prophetas sapientes. et scribas occideritis flagellaueritis crucifixeritis. lapidaueritis. et de ciuitate in ciuitatem persecuti fueritis. Quia os domini locutum est. Quod os domini locutum est. Humeris quod gladius deuorabit uos. ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie filii barachie quem occidistis inter templum et altare. Hoc locutus est os domini. et hoc in posita iuentute firmauit. Amen dico uobis. uenient hec omnia super generationem istam.

VII.

Scio principes sodomorum quia uos hoc uerbum domini non audietis. scio populus gomorrie. quia uos hanc legem dei nostri auribus non percipietis. Dico igitur. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. plena iudicii. iustitia habitauit in ea. nec iam homicide. Ciuitas quondam fidelis. ciuitas dauid fidelis. quomodo facta est meretrix. quomodo ut fornicari desiderauerit. legitimum uirum suum occidit. Iustitia id est nomen domini iustitia inquit quae est fides per quam solam iustificatur abraham. et amicus dei appellatus est. habitauit in ea. nec iam homicide interfectore eidem dei et domini eius abraham credidit habitauit in ea. Argentum tuum uersum est in scoriam. uinum tuum mixtum est aqua. Reliquit enim traditiones dei. propter traditiones hominum. Traditiones dei argentum sunt. uinum sunt. dicentis. non occides non mechaberis. diliges dominum deum tuum. traditiones pharisei scoria sunt. aqua sunt. dicentium. Laua caninum. baptisma ureum. iustitiam iam et fide relinquentium. Tu argentum dei propter scoriam pharisei perdidisti. tu uinum dei aqua cenosam corruptisti.

Principes tui infideles. socii furum. Infideles inquam. et ideirco non sunt filii abrahe. cui sunt filii socii fideles. Socii furum. fecerunt enim domum patris speluncam latronum. Omnis diligunt munera. sequunt retributiones. Hondeo accipiunt munera. quod multum est. et diligunt munera. quod homicidarum est. Ita ideirco maxime dominum occiderunt. quia disputabant etiam auaritiam ipsum. Secunt retributione. Secunt inquam non procedit. Inquit. Ideo quod sequitur: Pupillo non iudicant. et causa uidue non ingredietur ad eos. Si iudicarent pupillo causaque uidue defenderent. et ut abulis uel offerentibus aliquid tamquam dignum iudices. aut emerint defensores accipent. procederet retributiones. et hoc non adeo